

R E G U L A
C L E R I
EX SACRIS LITTERIS;
SANCTORUM PATRUM
MONIMENTIS
ECCLESIASTICISQUE
SANCTIONIBUS EXCERPTA.

*Studio & Operâ SIMONIS SALAMO,
& MELCHIORIS GELABERT,
Præsbyt. Doctôrum & Missionariorum
Diœcesis Einensis.*

SEPTIMA EDITIO.

Ab ipsismet Auctoribus recognita, emendata;
aucta, & in aptiorem methodum redacta.

*Quicumque hanc Regalam secuti fuerint, pax super
illos, & misericordia. Ad Gal. 6.*



AVENIONE;
Apud LUDOVICUM CHAMBEAU,
Typographum & Bibliopolam.



M. DCC. LXXV.



12
18988

JESU-CHRISTO

SACERDOTUM ET PASTORUM


P R I N C I P I.

TIBI, ô Pontifex futurorum bonorum; qui es principium & finis, & Pater luminum à quo omne datum optimum & omne donum perfectum descendit; tibi in quo vivimus, movemur, & sumus, & cui, utpotè Regi sæculorum immortalì, soli Deo; honor & gloria; tibi, inquam, Regi dicamus opus nostrum. Tu siquidem, ô altissimè super omnem terram; dignus es accipere gloriam & honorem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam creata sunt.

Attamen tu scis, Domine, quia non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex te est.

Tu ergò, scientiarum Domine, qui illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, qui linguas infantium facis disertas, qui intellectum das parvulis, & qui verba vitæ æternæ habes, da nobis os & sapientiam, ut cum simplicitate cordis nostri loquamur quæ decent sanam doctrinam, emitte Spiritum tuum, & renovabis faciem terræ.

Et verò, cum fides sine operibus mortua sit, rogamus te humillimè, ô summè Sa-



REGULA CLERI.



CAPUT PRIMUM.

JANUA

AD STATUM CLERICALEM.

ARTICULUS PRIMUS.

Seminarium.

CUM adolescentium ætas, nisi rectè instituatur, prona sit ad mundi voluptates sequendas, nisi à teneris annis ad pietatem & religionem informetur: & cum Seminariorum fundatio eò tendat, ut Clerici ad pietatem, religionem, ecclesiasticam disciplinam, bonos mores, & litteras erudiantur; nihil hac fundatione utilius ad Cleri disciplinam in singulis Ecclesiis pro-